



Programm
der
höheren Bürgerschule
zu
Gumbinnen,
durch welches zur
öffentlichen Prüfung der Schüler
auf
Freitag den 19. März d. J.
im Namen des Lehrer-Collegiums
ergebenst einladet

der
Rector Dr. H. Schwarz.

Inhalt: 1) Abhandlung: „Einiges über die vita Aristophanis und kritische Abhandlung der Verse 1469—1532 aus den Ranae“ vom Collegen Bartelmuß.
2) Schulnachrichten von Rector Dr. Schwarz.

Gumbinnen.

Gedruckt bei Wilh. Krausenek.
1875.



III M D R P O T G

Slabber'sche Notizen

Band 11

Uebersicht der wichtigsten Arbeitsergebnisse

der Jahre 1902-1933 und neuerer

Entwickelung: 1933 und 1934 im

Verlag Niemeyer

Leipzig 1934

Die folgenden Notizen sind eine Zusammenstellung der wichtigsten Arbeitsergebnisse des Verfassers aus den Jahren 1902-1933 und neuerer Entwickelung: 1933 und 1934 im Verlag Niemeyer, Leipzig.

Notizen

Leipzig 1934

Niemeyer

De Aristophanis genere, aetate, rebus domesticis pauca comperta habemus. Excerpta grammaticorum de Aristophanis vita in pluribus leguntur codicibus, inter quos principem tenet locum Ravennas undecim fabularum cum scholiis antiquis, tum Venetus Marcianus, qui fere eadem aetate et auctoritate usus est, septem complectens fabulas cum scholiis antiquis: Plutum, Nubes, Ranas, Equites, Aves, Pacem, Vespas; quorum codicum originem, quum et bona et mala plurima habeant communia, quae in aliis codicibus non inveniuntur, ab uno antiquo libro Alexandrino repetendam esse Dindorfius dicit. Reliqui codices (Urbinas, Parisinus) levi momento neque magni aestimandi sunt, quamquam nonnullorum leviorum vitiorum correctiones ex iis petere licet.

Inter fontes etiam numerari possunt et Heliodorus et Nicostratus, quorum illi, quae de Aegypto, Aristophanis patria, dicta sunt, debemus; huic, quae referuntur de Philetaero, tertio eius filio.

Philippe patre Aristophanem natum esse omnes biographi veteres narrant; quis autem ille et qualis fuerit, nemo non ignorat. Matrem poëtae Thomas magister Zenodoram nominat, quod autem omni fide atque auctoritate caret, quum non verisimile sit, Thomam ex antiquioribus quam biographi fontibus hausisse. De poëtae patria autem inter se dissentunt, nam in Anonymi de Comoedia libello scriptum invenitur: „Αριστοφάνης Φιλίππου Ἀθηναῖος, μακρῷ λογιώτερος Ἀθηναῖον.“ Apud Suidam legitur: „Αριστοφάνης Ρόδιος ἦτοι Λίνδιος· οἱ δὲ Αἰγύπτιον ἔφασαν, οἱ δὲ Καμιρέα· θέσει δὲ Ἀθηναῖος ἐποιησαράφηθε γάρ παρ' αὐτοῖς.“ Denique in Aristophanis vita ab Aldo primum descripta: „Αριστοφάνης δὲ κωμῳδοποιὸς, πατρὸς μὲν ἦν Φιλίππου, τὸ δὲ γένος Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Κυδαθηναῖες, Πανδιονίδος φυλῆς.“ De his omnibus nihil constat; equidem autem libenter O. Müllero assentio, qui Atheniensem fuisse poëtam atque civem geminum dicit.

Tum etiam non accurate indicari potest, quo anno Aristophanes natus, quo mortuus sit. Tantum ex excerptis scimus, eum primam docuisse fabulam, Daetalenses, olymp. 88, 1. (427 a. Chr. n.) Diotimo archonte, postremam, Plutum alteram, Olymp. 97, 4 (388 a. Chr. n.) Antipatro archonte. Si igitur cum O. Müllero conjicimus, poëtam minime quinque et viginti annos natum in certamen commississe comoediam eumque initio Olymp. 98 vel paullo post e vita excessisse, fere septuagesimum vitae annum attigit, quod etiam multis viris doctissimis, praesertim editoribus, maxime placuit; nam scholiastis, ad Ran. 502 et ad Vesp. 1018 Aristophanem admodum juvenem i. e. fere octodecim annos natum ad fabulas committendas accessisse dicentibus, non facile confidamus, quod haec sententia nonnullis locis fabularum poëtae ipsius refellitur atque redarguitur. Itaque annum poëtae comici natalem quadringentesimum quinquagesimum secundum fuisse dicimus.

Nomen uxoris ejus ignotum est, sed eum tres filios reliquisse constat, Ararotem, Philippum, tertium sive Nicostratum sive Philetaerum, qui omnes poëtae comicci fuerunt, quorum autem fabulae nec multae fuisse, nec magnopere placuisse videntur.

Aristophanes ipse tam parva aetate ad artem comicam exercendam factitandamque accessit et fabulis operam navavit, ut in publicum prodire verecundaretur easque igitur aliis comicis in scenam producendas traderet; ex quo intelliguntur, quae poëta profitetur in parabasi Equitum inde a versu 512 „ $\alpha\delta\vartheta\pi\mu\alpha\zeta\epsilon\iota\pi\eta\omega\pi\alpha\tau\omega$ δε θαυμάσειν ὑπῶν φησιν πολλοὺς αὐτῷ

προσιόντας etc. Nubium v. 530. „*κάγω, παρθένος γὰρ ἔτι θῆν, κούκλη εξῆν πούμοι τεκεῖν | ἐξέθηκα, παιᾶς δὲ ἐνέρα τις λαβῶν σ' ἀνείλετο, | ὑμεῖς δὲ ἐξεθρέψατε γενναίως κἀπαιδεύσατε.* Vesparum 1018. *τὰ μὲν οὖν φανερῶς, ἀλλ᾽ ἐπικουρῶν κρύβοδην ἐτέροισι ποιήταις.* Poëta igitur alios meritis suis ornare, quam clam virtutis atque ingenii sui praemia referre maluit; sola modestia et prudentia eum impedivit, quominus ab archonte sibi ipse chorum posceret; nam difficilem esse artis comicæ tractationem et perpaucos fuisse, qui magnam in hac arte gloriam adepti essent eamque usque ad senectutem conservassent in parabasi Equitum 512 sqq. pulcherrimis versibus explicat poëta. Metu igitur, ne simile ipsi fatum obveniret, diu se cunctatum esse, priusquam cum aliis comicis certamen iniret.

Quantas fabulas Aristophanes in lucem ediderit vel omnino composuerit, incertum est, cum alii quinquaginta quattuor, alii modo quadraginta quattuor enumerent. Ex his omnibus undecim nostram tulerunt aetatem atque salvae integraeque exstant, ex reliquis tantum fragmenta possidemus. Integrae sunt: 1) Acharnenses, 2) Ranae, 3) Pax, 4) Ecclesiazusae, 5) Thesmophoriazusae, 6) Equites, 7) Lysistrata, 8) Nubes, 9) Aves, 10) Plutus, 11) Vespae.

Primam fabulam a se compositam, Daetalenses, Aristophanes Philonidi, proximas duas, Babylonios et Acharnenses Callistrato docendas tradidit. Etiam alii in fabulis poëta Philonidis et Callistrati nominibus usus est; Philonide quidem in Nubibus, Vespis, Amphiarao, Ranis; Callistrato autem in Avibus et Lysistrata. Quod ad utriusque personas attinet, Philonidem etiam poëtam comicum fuisse compertum habemus, de Callistrato tacent biographi.

De annis, quibus singulae fabulae docebantur, certam notionem habemus: Daetalenses, ut jam supra demonstravi, agebantur Olymp. 88, 1 (a. Chr. n. 427) Diotimo archonte, Babylonii et Acharnenses proximis annis, illi Eucle, hi Euthydemus archontibus, Equites olymp. 88, 4 (a. Chr. n. 424) quae fabula erat prima, quam suo nomine inscriptam in scenam commisit poëta, Lenaeis mense Gamelione celebratis, Nubes olymp. 89, 1 (423) Isarcho archonte, Vespae olymp. 89, 2 (422) Ameinia archonte, Pax olymp. 89, 3 (421) archonte Alcae, magnis Dionysiis, Aves olymp. 91, 2 (414) archonte Chabria, Lysistrata olymp. 92, 1 (411) archonte Callia, Thesmophoriazusae eodem aut proximo anno (cf. J. Richter, *Aristophanische Litteraturgeschichte*, Berlin 1845, §. 10 — 13), Plutus olymp. 92, 4 (408) archonte Diocle vel olymp. 97, 4 (388), Ranae olymp. 93, 3 (405) Lenaeis, archonte Callia, paullo post Euripidis atque Socratis mortem, Ecclesiazusae denique olymp. 96, 4 (392), cuius archon eponymus fuit Demostratus.

Ranarum igitur fabula in scenam producta est Olymp. 93, 3 (a. Chr. n. 405) Lenaeis, quae ad celebranda in certamen descendit Aristophanes cum Phrynicus et Platone comicis; Aristophanis fabula tantopere placuit Atheniensesque in tantam rapuit admirationem, ut certaminis judices primum locum ei tribuerent atque iterum fabulam doceri juberent; poëtam ipsum oleae sacrae ramo ornatum esse nonnulli affirmant. Etiam nostra aetate huicce fabulae summa tribuitur admiratio atque optimis comicæ artis monumentis summo jure adnumeratur, quae autem sententia non placet Bernhardyo Grießhöfche *Litteraturgeschichte* II. pag. 580 seqq., qui multa in fabula reprehendit eamque multis aliis postponendam esse arbitratur.

Argumentum fere hoc: Dionysius (cujus de persona cf. G. Stallbaum: de persona Bacchi in Ranis Aristophanis, Lips. 1839), aegre ferens quod Euripide atque Sophocle mortuis nemo exstat poëta tragicus, Euripidem, praesertim cum ejus fabula „Andromeda“ sibi maxime placeret, de inferis arcessere constituit; quod autem viam ignorabat, antea Herculem adit et ab eo, qui jam in tartaris fuerat, cum Cerberum educeret, exorat, ut de via doceatur. A Charonte Acherontem fluvium transvectus, multis variisque periculis feliciter superatis et vitatis, ad eum locum pervenit, quo *μυσταὶ* i. e. qui libertate et

comoediae suavitate recte fruuntur, carmina ejus decantant atque choream dant. Tamen cum Xanthia servo, qui asino invectus gravissimas portat in humeris sarcinas ante Plutonis portas variae difficultates ei preferendae sunt, priusquam in domo exciperetur. Hoc ipso tempore apud inferos certamen exortum erat inter Aeschylum et Euripidem de throno artis tragicae obtinendo, quod certamen Dionysius hoc modo componit, ut se victorem ad vitam revocaturum et ad vivos reducturum esse dicat. Baccho praestans-
tissimus esse videtur Aeschylus, quem etiam postremo pro Euripide Athenas reducit.

Universos cives damnat poëta et maxime vellicat et petulanter invehitur in eos, qui tum summa auctoritate et dignitate utebantur, ut Cleopontem v. 697 sqq. 1504, 1532, Nicomachum v. 1506, Archedemum v. 417 sqq., v. 588. Archenomum v. 1507, Adimantum v. 1513. Alcibiadem solum, paullo ante iterum consulem, cuius ingenio solo civitas servari poterat, poëta summis laudibus effert et de eo, quo fere nihil praeclarius inveniri potest, dicit: „ἡ πόλις γὰρ δυντοκεῖ ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δέ, βούλεται δ' ἔχειν et quod Aeschylum dicentem facit οὐ καὶ λεοντος σκύρων ἐν πόλει τρέφειν ἢν δ' ἐπιτραφῇ τις τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν. Tamen Aristophanes de salute civitatis, ἢ μήτε χλαινα μήτε σίσυνα συμφέρει, nondum desperare videtur; omnem suam spem in Aeschylo ad vitam reducendo ponit eumque bonis et salutaribus consiliis civitatem servaturam esse arbitratur.

Poëtam in hac comoedia omnia ad civitatem promovendam atque servandam rettulisse, quis est, qui non intellexerit? Graviter reprehendit et vehementer cum poëtas comicos, tum tragicos: opus esse civitati poëta bono, nam tales non esse amplius et qui essent, illos esse malos; ingeniosum poëtam non inveniri, qui verba sonaret ingeniosa v. 96, 97; neminem extare, qui cives redderet meliores eosque adhortaretur, ut forti animo ad bellum gerendum uterentur, optima quaque dicenter, ea, quae ad mores corrumpendos ducerent, reticerent. Propterea poëta Bacchum dicentem facit v. 1417:

Ἐγὼ κατῆλθον ἐπὶ ποιητὴν,
ἵν᾽ ἡ πόλις σωθεῖσα τὸν κόρον ἄγῃ.
δόποτερος οὖν ἀν τῇ πόλει παραινέσῃ
μᾶλλον τι κορστόν, τοῦτον ἄξειν μοι δοκῶ.

„Ego propter poëtam hue descendidi, ut civitas servetur et salva choros instituat; uter igitur vestrum aliquid utile civitati suaserit, hunc reducere constitui.“

Certamine inter Aeschylum et Euripidem ad finem perduto Dionysius pergit, quae verba ex Graeco in Latinum sermonem conversa fere haec sunt:

Dionysius.

- | | | |
|---------|---|-------|
| | Hoc erit judicium vestrum | 1467. |
| Eurip. | Eligam enim eum, quem animus meus vult. | |
| Dionys. | Memor igitur deorum, per quos jurasti, | |
| | Te me domum reducturum esse, elige amicos. | 1470. |
| Eurip. | Lingua juravit, Aeschylum autem eligam. | |
| Dionys. | Quid fecisti, scelerosissime hominum? Dionys. Egone? | |
| | Aeschylum vicesse censeo. Cur enim non? | |
| Eurip. | Cum turpissimum facinus in me admiseris, etiam me adspicere conaris? | |
| Dionys. | Quid turpe, nisi spectatoribus turpe esse videatur? | 1475. |
| Eurip. | O crudelis homo, mene mortuum manere patieris? | |
| Dionys. | Quis scit, an vivere sit mortuum esse, | |
| | Spirare autem coenare et dormire vellus? | |
| Plutus. | Ite ergo intro, Bacche. Dionys. Cur enim? | |
| Plutus. | Ut hospitaliter vos apparatus epulis excipiam, priusquam abeatis. Dionys. | |
| | Bene dicis | 1480. |
| | Profecto; non enim moleste feram hanc rem. | |

Chorus.

Beatus ille homo, qui habet
Sapientiam consummatam.
Multis enim ab eo discendi copia est.
Ille enim, quia sapere videbatur,
Rursus redibit domum, 1485.
Bono et utilitati civium
Bono et utilitati sui ipsius
Et cognatorum et amicorum,
Propterea quod peracutus est.
Jucundum itaque est, non cum Socrate
Sedentem garrire
Abiecta arte Musica
Omittere praecipua
Artis Tragicae. 1495.
Decoris autem sermonibus
Et acuminibus nugaram
Otiose immorari
Desipientis est viri.

Plutus.

Age sis, Aeschyle, laetus abi
Et serva civitatem nostram
Consiliis bonis et corrige
Imprudentes; multi autem sunt.
Atque hoc trade Cleoponti,
Illiisque vectigalium exactoribus
Myrmeci et Nicomacho; 1505.
Hoc autem da Archenomo.
Et dicas iis velim, ut cito
Huc ad me veniant et ut non cunctentur.
Sin autem non cito venerint, ego
Vellicabo, ita me Apollo amet,
Et pedes vinctos
Una cum Adimanto, Leucolophi filio,
Cito huc ad inferos demittam.

Aeschylus.

Equidem haec faciam; tu autem thronum
Meum trade Sophocli custodiendum
Et conservandum, si forte aliquando
Huc redeam. Hunc enim mihi
Secundum esse censeo in sapientia.
Memineris autem, ut callidus ille homo 1515.
Et mendax et scurra
Nunquam in throno meo
Neque invitus sedeat.

Plutus.

Vos igitur praelucete huic
Facibus sacris simulque prosequimini
Ipsum sui ipsius carminibus
Et choris celebrantes. 1525.

Chorus.

Ante omnia nunc felix iter poetæ abeunti
Et ad lucem tendenti date, dii inferi,
Civitati autem bonas magnorum bonorum excogitationes. 1530.
Tantum enim hoc modo ex magnis malis liberaremur
Et acerbo armorum confictu. Cleophon autem pugnet
Et aliorum quisquis vult in patriis suis finibus.

- v. 1469. οὐς ὄμοσας = per quos (deos) jurasti; in Graeco autem sermone dicitur „πρός τινα δύνανται“ = Cinecum iuravimus“ cum acc. ejus dei, per quem juramus. cf. Ilias 23, 584, 585. γαιήσοχον ἐγνοσίγανον δύνανθι. 14, 271. ἀγρει νῦν μοι δύμοστον ἀάστον Σινηὸς ὄδωρ. Aeschyl. Sept. 529. δύνανται δ' αἰχμὴν (Dindorf) Soph. Trach. 1185. δύνην Λιός νῦν τοῦ με φύσαντος κάρα. Eurip. Hippol. 713. δύνανται σεμνὴν Ἀρτεμιν, Λιός κόρην.
- v. 1470. Verba, quae juramus, particulis „ἢ μήν, ut hoc loco, vel μὲν“ induci solent. cf. Odyss. 14, 160. ἢ μέν τοι τὰδε πάντα τελείεται. Ilias 1, 77. ἢ μέν μοι — ἀργῆσιν. Aesch. Sept. 531. δύνανται δ' αἰχμὴν — ἢ μήν λαπάξειν. Soph. Trach. 256. ἢ μήν — δονλώσειν. Plat. Phaedr. 236, e. Legg. VI, 784, c. Xen. Anab. 6, 1, 31. δύνην ὑμῖν θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ἢ μήν ἔγὼ ἐθνόμην.
- v. 1471. Alludit poëta hoc versu ad illum in Euripidis Hippolyto 612. ἢ γλῶσσ' ὄμωμοχ', ἢ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. (naf Cic. Off. 3, 29, 108 juravi lingua, mentem injuratam gero). Dum enim Euripides Bacchum jubet jusjurandum conservare, hic juramentum irritum esse et vanum dicit, illa Euripidis verba recitans, quae Hippolytum dicentem facit et quibus hoc loco poëta tragicus jugulatur. Jam versu 101 alludit sententiam illam Aristophanes his verbis:
 ἢ φρένα μὲν οὐκ ἐθέλονσαν δύμόσαι καθ' ἐρῶν
 γλώτταν δ' ἐπιορκήσασαν ιδίᾳ τῆς φρενός.
- In contextu et continuatione fabulae „Hippolyti“ versus ille nihil turpe continet, nam Hippolytus Phaedrae nutrici se taciturnum esse pollicitus est, si honestum esset, quod cum eo communicare vellet. Cum autem certior factus esset de incesto novercae suae amore, dato jurejurando se non obstrictum esse putavit; ceterum tamen suae ipsius perniciei arcana non prodit. Versum autem per se non comprobari posse jam veteres intellexerunt; propterea impugnatur a Platone Theaetet. 154 D. Symp. 199. A, ab Athenaeo 3, 122 B et ab Aristophane iterum Thesm. 275.
- v. 1472. ὡς μιαρώτατ' ἀνθρώπων. Oblitus esse videtur poëta, se ad deum loqui; cf. Aves 1638 ὡς δαιμόνιον ἀνθρώπων Πόσειδον, quo loco eodem modo peccat atque Neptunum pro homine alloquitur.
- v. 1473. ἔχοντα νικᾶν Αἰσχύλον. Νικᾶν = νικῆσαι (νενικηέναι). Nonnullorum verborum Praesentia saepius pro Perfectis adhibentur et ponuntur, praecipue φεύγω = ich fliehe und ich bin verbannt, νικάω und νικάτεω = ich werde Sieger und ich bin Sieger, ἤτασματι = ich werde besiegt und ich bin besiegt, ἀδικέω = ich fehle und ich habe gefehlt. cf. Krg. Griech. Gram. §. 53, 1 Nummerf. 3.
- v. 1474. προεβλέπεις = audes me intueri, cf. Theocr. 5, 35 μέγα δ' ἄχθομαι, εἰ τί με τολμῆς ὄμμασι τοῖς δροῖσι ποιειβλέπεν. Soph. Oed. R. 1384. τοιάνδ' ἔγὼ κηλίδα μηνίσας ἔμην | δροῖσις ὄμμασιν τούτους δρᾶν; Demosthenes contra Dionysodorum: τοιαῦτα διαπεπραγμένος οὐδὲν ἤτον τολμᾷ βλέπειν εἰς τὰ ὑμέτερα πρόσωπα. Fere quisque hominum, nisi impudentissimus atque audacissimus, si facinus turpe commiserit, aliorum veretur conspectum neque eos oculis rectis intueri audet. cf. Acharn. 287.

ἀναίσχυντος εἰ καὶ βδελυός
ῳ προδότα τῆς πατοΐδος, ὅστις ἡμῶν μόνος
σπεισάμενος είται δύνασαι πρός ἐμοῦ ἀποβλέπειν.

Vide ad Equit. v. 1239, 292.

- v. 1475. Refert poëta hunc versum ad illum ex Euripidis Aeolo, ubi scholia
τί δ' αἰσχρόν, ἦν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῆ; Jugulatur igitur Euripides
hoc loco iterum suis ipsius verbis, ut supra 1471. Qui autem illi versui haec
verba adjecerit

αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, καν δοκῆ, καν μὴ δοκῆ non satis constat; alii
Platonem memorant, alii Antisthenem. Stobaeus 5, 82. Εὐριπίδης εὐδοκίμησεν
ἐν θεάτρῳ εἰπὼν

τί δ' αἰσχρόν, ἦν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῆ; καὶ δὲ Πλάτων ἐντυχων
αὐτῷ, ὡς Εὐριπίδης ἔφη „αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρόν, καν δοκῆ, καν μὴ δοκῆ.“
Plut. Mor. pag. 33, c de Antisthene: τοὺς Αθηναίους ἴδων θορυβήσαντας
ἐν τῷ θεάτρῳ τί δ' δοκῆ παραβάλλων εὐθὺς

„αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρόν, καν δοκῆ, καν μὴ δοκῆ.“ Eodem isto versu et
Lais meretrix usa esse dicitur ad irridendum Euripidem: vid. Machon apud
Athen. 13, p. 582 ἀποροῦνται φῆσιν, ὡς ποιητά, μοι. Τί βανδόμενος
ἔργων φασι, ἐν τραγῳδίᾳ. Έδός αἰσχροποιές, παταπλαγεῖς δὲ Εὐριπίδης | Τὴν
τόλμαν αὐτῆς σὺν γὰρ εἰναὶ τις, ἔφη, δοκεῖς Αἰσχροποιός; ή δὲ γελάσας
ἀπεκρίθη. Τί δ' αἰσχρὸν, εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ;

- v. 1476. περιορᾶν c. part. = rufig mit ansehen und geschehen lassen, cf. Arist. Acharn. 167.
ταντὶ περιείδεθ' οἱ ποντάνεις πάσχοντά με. Pax v. 10. εἰ μὴ με βούλεσθ'
ἀποτινάγεντα περιοδεῖν. Ranae v. 509. οὐ μὴ σ' ἐγὼ περιόψομάπελθόντα.
Buttmann, Griech. Gram. §. 144.

- v. 1477. τίς οἴδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν; Scholiastes ad hunc locum dicit esse
ex Phrixo Euripidis, ubi verba leguntur (Stobaeus 120, 18).

τίς δ' οἴδεν εἰ ζῆν τοῦθ' δέ τέληται θανεῖν,
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί: πλὴν ὅμως βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οὐ δέ δλωλότες
οὐδὲν νοσοῦσιν οὐδὲ τέληται κακά.

Scholiastes Euripidis ad Hippolytum v. 192 sqq. dicit esse ex illius Polyido:

τίς δ' οἴδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κατθανεῖν;

Scholiastes ad Arist. Ran. v. 1082 (καὶ φασκούσας οὐ ζῆν τὸ ζῆν) sic:

ὅτι παρὰ τὰ ἐκ Φοῖξον Εὐριπίδον. Τίς δ' οἴδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν· et deinde statim addit: ἄλλο δὲ λέγοντον ἐστὶ Φοῖξος.
οὗτος δὲ ὡς παρὰ γνωστὸς αὐτὸς λέγει εἰρημένον. Ήδεν οὖν χρὴ, μήποτε
τὸ αὐτὸν νοῦν παρ' Εὐριπίδη γίνην λέγη, καὶ μήποτε τὸ ὑπὸ τῆς τροφοῦ ἐν
Ιππολύτῳ λεγόμενον, „Αλλο δὲ τι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο σκότος διπτίσχων
κρύπτει νεφέλαις καὶ τὰ ἔξης.

Iidem versus etiam repetuntur et afferuntur a Diogene Laertio in Pyrrhone 9, 73, sed hac forma et mutatione:

Τίς οἴδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν νομίζεται βροτοῖς;

- et a Platone in Gorgia pag. 492, e. Evidem Aristophanem hunc locum
rettulisse ad illum in Euripidis Polyido arbitror propterea quod verba ac
litterae maxime inter se consentiunt atque congruunt.

- v. 1478. Absurdum, et non aptum esse mihi videtur verbum πνεῖν nam hoc verbum
contrario nomine opponi non potest τῷ δειπνεῖν, scurrilior esset sal, si poëta

ita scripsisset; libenter igitur accipiam cum Th. Kockio, lectionem esse verisimiliorum „πονεῖν pro πνεῖν.“

κόδιον sc. τῶν προβάτων, quae vellera apud veteres in dormiendo in usu versabantur pro operariis lectorum (cf. Plat. Prot. 315 D. ἐγκεναλυμμένος ἐν κόδιοις ταῖς καὶ στρῶμασι) et pro tragulis (cf. Aristoph. Equit. v. 400 εἴ σε μὴ μισῶ, γεροίμην ἐν Κρατίνον κόδιον).

v. 1479. Quamquam Pluto Dionysium et Aeschylum introire invitat, ut hospitaliter eos apparatus epulis excipere possit, tamen modo Bacchum nominatum appellat, qui loquendi usus non raro invenitur apud veteres, cf. Vesp. 975 ἵθι, ἀντιβολῶ σ', οἰντεῖδα τ' αὐτὸν, ὃ πάτερ.

Lysist. v. 1166 ἄγεται, ὥγάρθι, αὐτοῖς. Soph. Oed. Col. v. 1102 ὃ τέκνον, ἢ πάρεστον; v. 1104 προσέλθεται, ὃ παῖ, πατρὶ καὶ δότε. v. 1112 ἔρείσαιται, ὃ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον | ἐμψυντε τῷ φύσαντι, κάνα παύσατον etc.

Terent. Ad. 5, 9, 32: si vobis mea vita invisa, Aeschine, est.

X ὁ ρος.

v. 1485. Separatim scribenda sunt verba εῦ et φρονεῖν, ut editiones Aldina et Juntina; conjunguntur enim modo in participio: ἐνφρονέων = εἰνίσθεντον.

v. 1486. Pro αἱθις recte scripsit αὖ Dindorfius, quod hic versus πάλιν ἀπεισιν οἴκαδ' αὖ respondet illi (1495).

ιῆς τραγῳδικῆς τεχνῆς.

Pari modo Dindorfius in verso 1489 pro φίλοις substituit φίλοισι, quod huic versui respondet v. 1498 „διατριβὴ ἀργὸν ποιεῖσθαι.“

v. 1491. Cavillatur hoc loco poëta Socratem, qui artis poëticæ expers erat, nec comicis poëtis gloriam suam, quam illis temporibus nacti erant, concedere poterat. Vera arte poëtica animum esse excolendum et corroborandum, quae immane quantum disreparet ab illius dicendi disserendique subtilitate, quae civium justorum agendi studio adversaretur et ad artium novarum lenocinia homines seduceret.

χόριεν cod. Rav.; omnes ceteri χαρίεν.
v. 1496. σεμνός hoc loco = pruīfend, stolz, vornehm thūend cf. 178; ὡς σεμνὸς ὁ κατέρρωτος. Vesp. v. 1174. ἐπιστήσει λόγους σεμνοὺς λέγειν | ἀνδρῶν παρόντων πολυμαθῶν καὶ δεξιῶν. Soph. Aj. v. 1107. τὰ σέμνη ἐπη | κόλας ἐκείνοντος. Eurip. Hipp. v. 93. μισεῖν τὸ σεμνὸν καὶ τὸ μὴ πᾶσιν φίλον. Med. v. 215. οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν | σεμνοὺς γεγῶντας. Alc. v. 773. τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις;

v. 1497. σκαριφησμοὶ λῆρων = subtileſ Geſchwäß, das aus nichtswürdigen Kleinigkeiten etwas Großes macht, nach Schol. οἷον σκαριφμοὶ καὶ λεπτολογίαι, σκιαγραφίαι cf. Isocr. 7, 12. οὐδένια κρόνον τὰς εὐτυχίας κατασκεῖν ἡδυτήθημεν, ἀλλὰ ταχέως διεσκαριφησάμεθα καὶ διελύσαμεν, nach Schol. Arist. Ra. 1497. ἐπὶ τοῦ ἐπισεσυμένως τὸ ποιεῖν καὶ μὴ κατὰ τὴν προσήκουσαν ἀνοίβειαν, σκαριφαρεῖν Ήαχ dem Etymol. Mag. διασκαριφῆσαι ἐπὶ ὁργέων τῶν τοῖς ὄντει σκαλενόντων τὴν γῆν κυρίως λέγεται.

Eadem fere significatione verbum κατασκαριφᾶν inveniuntur apud Ath. XI. 507, D. κορώνην τὸ φαλαρόν μον κατασκαριφᾶν καὶ κράζειν περιβλέπονταν.

Lobeck: σκάριφος τὸ κάρδος, festuca, assula, unde verbum σκαριφᾶσθαι i. e. assulose frangi, in festucas diffindi, germanicum gerſplittern. Th. Kockius: σκαριφησμοὶ = Haarspaltereien. σκαριφησμοῖσι λῆρων cod. Rav. et Mut; σκαριφησμοῖσι ceteri cum Suidā.

v. 1498. διατοιβήν ἀργὸν ποιεῖσθαι cf. Isocr. 4, 44. μήτε τοῖς ίδιωταις μήτε τοῖς διενεγκοῦσι τὴν φύσιν ἀργὸν εἶναι τὴν διατοιβήν. = arbeitsloses Studium, nach Droysen: thätiger Müßiggang.

Etiam apud veteres Romanorum scriptores atque poëtas hunc loquendi usum scriptum invenimus, quem Graeco nomine ὁξύμωσον appellamus, cf. Cic. Cat. I., 8, quum tacent, clamant; Hor. Epist. I., 11, 28. Strenua nos exercet inertia. Epist. I., 12, 19, quid velit et possit rerum concordia discors . . . ? Od. I., 34, 2. Insanientis dum sapientiae | Consultus erro. Sen. de brev. vit. 11 desidiosa occupatio. Ovid. Met. III., 5, facto pius et sceleratus eodem. I., 43, et discors concordia fetibus apta est.

v. 1504. τοτί — Schol. Restim mittit Cleophonti, ut se suspendat.

Cleophontem, τὸν ληστοποιὸν, quo nomine eum appellat Aesch. 2, 76, non Athenis natum fuisse, inter omnes fere constat. Magno odio erat jam aequalibus suis propterea quod Athenienses ejus auctore atque duce omnes pacis conditiones, honestissimas ipsas, rejecerunt. Vituperat eum Aristophanes cf. Ran. 679, v. 1532, Thesm. v. 805; vituperat eum Isocrates 8, 75 et Diodorus 13, 53; vituperat eum Euripides, qui eum in Oreste occulite tangit tamquam civem non germanum et oratorem turbulentum. v. 902. καὶ τῷ ἀνίσταται | ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἵσχυων θράσει, | Αργεῖος οὐν Αργεῖος ἡναγκασμένος | θρονύβῳ τε πίστνος καμαθεῖ παθέσηᾳ. vituperat eum Aeschines, qui eum indulgentiorem plebis voluptatum cupiditati fuisse (2, 76) et hac re Atheniensium potentiam infregisse (3, 150). Lysias solus eum ubique maximis laudibus effert (cf. 13, 12, 30, 10—14) et id maxime praedicat, eum, quamquam diu rector et gubernator civitatis fuerit, tamen in summa paupertate mortuum esse (19, 48).

v. 1505. τοτονοί sc. τοὺς βρόχους.

πορισταῖς cf. Böckh Staatsbh. I. pag. 225. Schömann, Griech. Alterth. I., 433.

v. 1506. Myrmex et Archenomus, ad quos mandata dat, ut cito ad inferos veniant, homines luce non digni fuisse videntur.

Nicomachus, contra quem Lysiae oratio tricesima habita est, servi filius erat, posterius autem civibus Atheniensibus adscriptus est. Mandatum ei datum erat, ut spatio quattuor mensium Solonis leges recenseret atque eas, quas conservandas esse putavit, proponeret. Immensa autem pecuniae cupiditate incitatus, mandatum demum anno 399 a. Chr. ad finem perduxit.

v. 1507. τόδε sc. τὸ κώνειον. Suid. τοῖς εἰς θάνατον κατακριθεῖσι τοῖς παρειθόνν· ξίφος, βρόχον, κώνειον.

v. 1513. μετ' Αδειμάντον τοῦ Λευκολόφον. — Apud Platonem in Protagora 315, a. Adimantus vocatur filius Λευκολοφίδον, quo loco tamen Scholiastes noster legisse videtur Λευκολοφίον. Xenophon Hell. I., 4, 21. patrem Adimanti nominat Λευκολοφείδην. Ab Aristophane iterum nominatur Eccl. v. 645. Λευκόλοφας. Apud Scholiastem ad hunc in Ranis locum Eupolis, Fragment 219: οὐκ ἀργαλέα δῆτ' ἐστι πάσχειν τάντ' ἔμε, τὸν Λευκολοφίδον παῖδα τοῦ Πορθαίονος. Adimantus, qui deditus erat Prodiko Sophistae (Plat. Protag. 315, E.), unus ex paucis erat, qui rem publicam tenere volebant. Quum Alcibiades toti officio maritimo praepositus cuncta administraret, Adimantus ejus legatus fuit (Xen. Hell. I., 4, 21). In pugna ἐν Αἴγαδος ποναμοῖς commissa captus est (Xen. Hell. II., 1, 30) et non ita multo post rumor dilatus est, eum patriam suam prodiisse (Xen. Hell. II., 1, 32. Lys. 14, 38. Paus. 4, 17, 3. 10, 9, 11), propterea a Conone, hujus criminis accusatus, in jus vocatus est (Demosth. 19, 191). v. 1519. Si Aeschylum praestantissimum omnium poëtarum tragicorum fuisse judicamus, in hoc judicio cum veteribus scriptoribus consentimus, qui ei etiam primas

detulerunt, cf. Cicero Or., I., 4: nam in poëtis non Homero soli locus est aut Archilocho aut Sophocli aut Pindaro, sed horum vel secundis vel etiam infra secundos.

- v. 1523. *μηδὲ ἄκοντας τοῦτον λαβόντες καθίσαι*
ἔθελάσσονται.
- v. 1524. Significasse videtur hoc loco poëta illos in Aeschyli Eumenidibus versus, ubi de istis deabus ad inferos deducendis loquitur, cf. Eum. v. 1005. *πρὸς φῶς*
ἴερὸν τῶνδε προπομπῶν. v. 1002. *πέμψω τε φέγγει λαμπάδων σελας-*
φόρων | ἐς τοὺς ἔνεργεις καὶ κάτω χθονὸς τόπους.
- v. 1526. Non omnes hi versus, qui a choro recitantur, Aeschyli sunt; nam mentio fit in iis Cleophontis, qui demum Aeschylo mortuo exstat; quaedam modo ex illo deprompta sunt.
- v. 1528. *πρῶτα μὲν εὐοδίαν ἀγαθὴν ἀπιόντι ποιήτη.* Respexitse videtur poëta ad nonnullos in Aeschyli Glauco Potniensi versus, cf. Schol. ad nostrum hunc locum: *εὐοδίαν = εὐκολίαν περὶ τὴν ὁδὸν ταῦτα δὲ παρὰ τὰ ἐν Γλαύκῳ Ποτνιεῖ Αἰσχύλον:* „εὐοδίαν μὲν πρῶτον ἀπὸ στόματος χέουμεν.“
- v. 1530. *τῇ δὲ πόλει μεγάλων ἀγαθῶν ἀγαθὰς ἐπινοίας.* Deprompti sunt hi versus ex Aeschyli Eumenidibus v. 1012. *εἴη δ' ἀγαθῶν | ἀγαθὴ διάνοια πολέων.*
- v. 1532. *ἀργαλέων τ' ἐν ὅπλοις ἔννοδων.* — ἡ ἐν ὅπλοις ἔννοδος, germanicum die Versammlung, Gestellung unter den Waffen; quomodo etiam Herodotus 9, 27 utitur hoc verbo: *ἐπιστάμεθα σύνοδον τῆνδε μάχης εἶνεκα συλλεγῆναι, ἀλλ'*
οὐ λόγων.

Κλεοφῶν cf. v. 1504. Etiam hoc loco Aristophanes eum peregrinum esse dicit eumque admonet, ut patriis in finibus suis, non in Atticis pugnet.

Bericht über das Schuljahr von Ostern 1874 bis Ostern 1875.

1. Chronik der Anstalt.

Während des abgelaufenen Schuljahres hat mehrfacher Stellenwechsel der Lehrer stattgefunden, der insbesondere den neusprachlichen Unterricht hart getroffen hat.

Der Candidat Georg Tiburtius verließ Ostern 1874 die Anstalt um sein Examen pro facultate docendi zu absolviren, wurde bis Pfingsten durch das Lehrer-Collegium vertreten und bis zum 1. November durch den Candidaten Biewege ersezt, für welchen um den bezeichneten Zeitpunkt der Candidat Paul Kühnel eintrat.

Paul Kühnel, geboren den 31. Mai 1848 zu Langenbielau in Schlesien, besuchte vom October 1861 ab das kgl. kathol. Gymnasium zu Glatz, bezog 1869 im October die Universität Breslau, um sich dem Studium der neueren Sprache zu widmen und hat am 5. März dieses Jahres die Prüfung pro facultate docendi bestanden.

Michaelis 1874 verließ Dr. Merguet die Anstalt, an welcher er während einer Reihe von Jahren gewirkt hatte um als erster ordentlicher Lehrer an das neu gegründete Gymnasium in Königsberg einzutreten; sein Nachfolger ist Herr Bartelmus, dessen feierliche Einführung mit Beginn des Wintersemesters erfolgte.

Rudolph Ernst Bartelmus, geboren den 1. September 1845 zu Pleß, Oberschlesien, machte zu Michaelis 1865 sein Abiturientenexamen zu Ratibor, bezog darauf die Universität Breslau, um Philologie zu studiren, verweilte daselbst vier Semester und begab sich hierauf nach Berlin, wo er noch vier Semester den Studien oblag. Nachdem er im Jahre 1871 sein Staatsexamen abgelegt hatte, wirkte er am reformirten Gymnasium zu Breslau und an dem Progymnasium der Stadt Königshütte, von wo er einem Ruf an die hiesige höhere Bürgerschule folgte.

Die Verhältnisse der höheren Bürgerschule sind noch immer nicht consolidated; die Entschließung der Patronatsbehörde über ihren Fortbestand steht fortdauernd aus; die Normierung der Lehrergehälter auf die erforderliche Höhe ist in praxi nicht durchgeführt. Sowohl die innere Entwicklung der Anstalt, als auch die geeignete und dauernde Besetzung der Lehrerstellen würden nach Beendigung des Provisoriums sich wesentlich günstiger gestalten und legt es immerhin Zeugniß für die Lebensfähigkeit der Anstalt ab, daß die Frequenz trotz der Erhöhung des Schulgeldes gegen früher in unausgesetzter Zunahme sich begriffen zeigt.

College Buschke ist nach den Sommerferien in Folge eines Fußleidens 14 Tage und nach den Herbstferien in Folge eines Hals- und Lungenleidens 4 Wochen lang, der Unterzeichneter durch ein Augenübel $1\frac{1}{2}$ Wochen lang, endlich Candidat Kühnel durch sein Staatsexamen $1\frac{1}{2}$ Wochen lang an Abhaltung der Schule verhindert gewesen. Außerdem sind die Collegen Blaszkowiz, Tiburtius, Wegner, Rieder, Marold theils in Folge körperlichen Unwohlseins, theils in Folge sonstiger Abhaltungen zusammen 10 Tage lang zu vertreten gewesen; auch Candidat Biewege hat während der letzten Wochen seines Hierseins wiederholt seine Lectionen nicht wahrzunehmen vermocht.

Das Schulfest wurde am 19. Juni durch einen Ausflug nach Kallnau unter vielfältiger Beteiligung von Angehörigen unserer Schüler fröhlich begangen.

Am 15. Juni erfolgte durch Herrn Dr. med. Pensky die Revaccination aller Schüler unserer Schule, welche in dem bezeichneten Jahre das 12. Lebensjahr entweder erreichten oder bereits überschritten hatten, mit Ausnahme derjenigen, welche sich durch ein Attest über die bereits erfolgte Revaccination auswiesen und eines wegen Krankheit fehlenden Schülers.

Der Operation wurden unterzogen

19	Secundaner,
18	Tertianer,
28	Quartaner,
32	Quintaner,
32	Sextaner.

Von den Vorschülern hatte keiner das betreffende Alter erreicht. Bei der am 29. Juni vorgenommenen Revision des Impfresultates fehlten einige Schüler. Von denjenigen, welche besichtigt wurden, waren

9	Secundaner mit Erfolg,	6	ohne Erfolg revaccinirt.
10	Tertianer	=	=
17	Quartaner	=	=
23	Quintaner	=	=
15	Sextaner	=	=

Hier nach sind auf 100 Impfungen 60,2, in Quinta sogar 76,7, dagegen in Sexta nur 46,9 % erfolgreich gewesen.

Der Tag von Sedan wurde am 2. September durch einen öffentlichen Actus begangen, bei welchem der Unterzeichnete die Festrede über die Kriegspoesie des Jahres 1870 hielt.

Das Schauturnen, verbunden mit einer Vertheilung geeigneter Preise, fand zum Schlusse des Sommersemesters unter Leitung des Turnlehrers Herrn Buschke statt.

Am 14. November 1874 hielt Herr Provinzial-Schulrat eine Conferenz mit dem gesammten Lehrer-Collegium ab, in welcher verschiedene Interna zur Verhandlung gelangten.

Der Gesundheitszustand unserer Schüler ist im Allgemeinen ein sehr günstiger gewesen: 1 Quartaner hat längere Zeit wegen eines Fußleidens gefehlt, 3 Sextaner und 1 Vorschüler in Folge von Nervenkrankheiten, endlich 2 andere Vorschüler wegen Scharlachs, resp. der Folgen dieser Krankheit.

Die öffentliche Prüfung sämtlicher Schüler und die Entlassung der Abiturienten wird am 19. März stattfinden; am folgenden Tage wird während des Morgengebetes in angemessener Weise des während der Ferienzeit fallenden Geburtstages unseres allernädigsten Königs und Herrn gedacht und hierauf mit der Vertheilung der Censuren die Schule geschlossen werden; die Wiedereröffnung derselben ist auf

Montag den 5. April

angesetzt.

2. Amtliche Verordnungen von allgemeinerem Interesse.

a. Seitens des Königl. Provinzial-Schul-Collegiums vom

- 1) 23. April 1874 — Genehmigung der Lectionstabellen.
- 2) 30. April 1874 — Genehmigung des Vertretungsplanes der durch den Abgang des Candidaten Tiburtius erledigten Lehrerstellen.
- 3) 16. Mai 1874 — die Frequenzübersichten, sowie die Abiturienten-Prüfungstabellen sind spätestens 4 Wochen nach dem Schlusse jedes Semesters einzufinden.
- 4) 16. Mai 1874 — Genehmigung der achtägigen Pfingstferien.
- 5) 6. Juni 1874 — Genehmigung einzelner Änderungen des Lehrplanes.
- 6) 6. Juni 1874 — betreffend den Cursus der Central-Turn-Anstalt zu Berlin.
- 7) 12. Juni 1874 — die österreichischen Vereinsthaler sind gleich den Thalern deutschen Gepräges zu Zahlungen verwendbar.

- 8) 20. Juni 1874 — die Anstellung des Lehrers Klein betreffend.
 9) 20. Juni 1874 — betreffend die Bezeichnung der absendenden Behörde in amtlichen Schriftstücken.
 10) 15. Juni 1874 — Empfehlung der Stuhlmannschen Wandtafeln für den ersten Zeichenunterricht.
 11) 18. Juli 1874 — betreffend die Einführung der neuen Geldwährung.
 12) 25. Juli 1874 — betreffend die Durchführung des Impfgesetzes vom 8. April 1874.
 13) 15. August 1874 — dem Rector wird bei der Abiturientenprüfung Michaelis 1874 die Function des stellvertretenden Königl. Prüfungs-Commissarius übertragen.
 14) 6. October 1874 — Empfehlung der deutschen Monatshefte.
 15) 11. November 1874 — Genehmigung der Einführung der lateinischen Grammatik von Ellendt-Seyffert.
 16) 24. November 1874 — Genehmigung der provisorischen Beschäftigung des Schulamts-Candidaten Paul Kühnel.
 17) 1. December 1874 — Statut der Charlottenstiftung für Philologie.
 18) 11. December 1874 — Uebersendung der „diplomatischen Beiträge zur Geschichte Pommerns von Klempin 1859“ als eines Geschenkes für die Lehrer-Bibliothek.
 19) 1. Januar 1875
 20) 8. Januar 1875 | betreffend die Einführung der neuen Geldwährung.
 21) 16. Januar 1875
 22) 16. Februar 1875
 23) 21. Januar 1875 — Empfehlung von Feuerversicherungen bei der Gesellschaft Colonia.
 24) 17. Februar 1875 — Erhebungen über die Farbe der Augen, der Haare und der Haut der Schüler im Interesse der anthropologischen Gesellschaft.
 25) 18. Februar 1875 — Genehmigung des Lehrplanes für das Schuljahr Ostern 1875/76.
 b. Seitens des hiesigen Magistrats vom
 26) 14. September 1874 — Uebersendung einer Anzahl wertvoller Werke, welche Herr Dr. Hoogeweg der Lehrerbibliothek schenkt.
 27) 23. April 1874 — Bewilligung von Remunerationen für die Vertretung einer vacanten Lehrerstelle.
 28) 22. Mai 1874 — die Revaccination der Schüler betreffend.
 29) 3. Juli 1874 — dem Quintaner Paul Paszkowski wird freies Schulgeld bewilligt.
 30) 3. Juli 1874 — dem Tertianer Otto Syplie dito.
 31) 3. Juli 1874 — dem Sextaner Arthur Schrenk dito.
 32) 31. August 1874 — Anordnung der Feier des 2. September durch einen Redact.
 33) 28. October 1874 — die Eröffnung der Handwerker-Fortbildungsschule betreffend.
 34) 20. November 1874 — Bewilligung von Gratificationen an die Collegen Wegner, Blaskowiz, Bartelmus, Kühnel (150, 52, 13, 9 Thlr.).
 35) 8. December 1874 — die Statstitel für Lehr- und Lernmittel von 65 auf 75 Thlr., für Drucksachen von 40 auf 60 Thlr. und für Porto, resp. Schreibmaterialien von 3 auf 6 Thlr. erhöht.
 36) 8. Januar 1875 — dem Secundaner Leo Führer wird freies Schulgeld bewilligt.
 37) 8. Januar 1875 — betreffend die Anschaffung stereometrischer Modelle.

3. Lehrapparat.

Der Lehrapparat wurde im vergangenen Jahre um folgende Erwerbungen vermehrt:

1) Zu der Lehrer-Bibliothek kamen hinzu:

Die Fortsetzungen des Centralblattes, der Encyclopädie des gesammten Unterrichts- und Erziehungs-Wesens von Dr. R. A. Schmidt, der Zeitschrift für das Gymnasialwesen von

H. Bonitz, R. Jacobi, P. Ruhle, der altpreußischen Monatsschrift, der Hoffmannschen Zeitschrift für mathematischen und naturwissenschaftlichen Unterricht, endlich von Webers Weltgeschichte. Hästers Fibel und Lesebuch; Ellent-Seyfferts lateinische Schulgrammatik; Klettes populäre Anleitung zum perspectivischen Zeichnen in neun Vorlegeblättern.

Geschenkt wurden von Herrn Dr. Hoogeweg folgende wertvolle Werke: Georg Finlays Griechenland unter den Römern, W. Rüstow der Krieg um die Rheingrenze, Fr. Bienemann aus baltischer Vorzeit, Th. Grell - Fels römische Ausgrabungen im December 1870, Ottokar Lorenz und Wilhelm Scherer Geschichte des Elsasses, das Generalstabswerk über den französisch-deutschen Krieg 1870 und 1871 (soweit als es bis jetzt erschienen ist).

Ein Geschenk des Königl. Provinzial-Schul-Collegiums zu Königsberg sind die diplomatischen Beiträge zur Geschichte Pommerns von Klemmin.

